

T A B V L Ā,
Q V I B V S T O T I V S
D I A L E C T I C Ā P R Ā C E P T A
M A X I M ē A D V S V M D I S S E R E N D I
necessaria breuiter & summatim exponantur,
ordine perspicuo digestæ,

A

C O R N E L I O V A L E R I O V L T R A -
iectino, publico lingue Latinae, in collegio trilini-
gi Busudiano, Professore.



A N T V E R P I A ē,
Ex officina Christophori Plantini.

M. D. LXXXII.

514977813

SUMMA PRIVILEGI.

REGIÆ Maiestatis priuilegio cautum est, ne quis CORNELII VALERII Ultraiectini, publici linguae Latinæ in collegio trilingui Buslidiano Professoris, opera, quorum tituli sunt,

Grammaticarum Institutionum libri quatuor.

Tabula summam artis Rhetoricae complectens, &c.

Tabula totius Dialectices, &c.

De Sphera & primis Astronomie rudimentis libellus.

Physica, seu de natura philosophia, institutio, &c.

ab ipso auctore hoc anno postremum partim emēdata & aucta, partim recens emissa, citra Christophori Plantini Regij iurati Typographi voluntatem, intra sexennium, vel coniunctim vel separatim imprimat, vel alibi impressa importet, distrahat, venaliāue habeat per omnes eius ditionis fines, sub pœna confiunctionis, & graui multa: ut latius patet in litteris Bruxellæ datis III. Septembris, & XXII. Ianuarij, ANNO M. D. LXVI. stilo Brabantiae.

Signat.

I. de Witte.

DOCTISSIMO
VIRO GUILIELMO CAN-
TERO ULTRAECTINO, COR-
NELIVS VALERIVS ULTRA-
TECTINVS S. D.



V A M difficile sit artium præcepta compendio tradere volentibus, ita scribere, ut ea nec breuiora esse, nec longiora, quam dissentium studia requirant, videantur; vel ex eo satis intelligi potest, quodcum primum Tabulis Dialecticis libri formam dedisse; quidam serior mecum de eius breuitate conquerebantur: nunc rufus, cum idem liber aliquoties nouis quibusdam accessionibus paulatim locupletatus nonnihil creuerit; multi longior rem esse putant, quam ut pueris & adolescentulis, quorum utilitati semper studii, conueniat: ac fuerunt ex iuuentutis moderatoribus nonnulli, a quibus iam olim sum rogatus, ut aliquid posthac demere potius quam addere velim, si quid mihi sine detrimento prætermitti posse videatur. Quamobrem, ne quid à me frustra iam diu flagitatum sit, quod ad studiosorum commo-

T A B V L A E , Q V I B V S
T O T I V S D I A L E C T I C A E P R A E-
C E P T A M A X I M E A D V S V M D I S S E-
rendi necessaria breviter & summatim expo-
nuntur , ordine perspicuo digestæ à Cornelio
Valerio Ultraiectino , publico linguaæ Latinæ in
Collegio trilingui Buslidiano Professore.

Quid Dialectica , & quot eius partes .

C A P . I.



DIALECTICA definitur à Cicero-
ne , ars bene differendi , & vera ac fal-
sa diuinandi . Et lib . 1 . De legibus ,
ars intelligendi quid quamq ; rem se-
quatur , & quid sit cuncte contrarium .

Atque , ut Rodolphus Agricola tra-
dit , de qualibet re proposita probabiliter differendi .
Dialectica nominata est ex dialetozai , quod inter-
pretatur Plato , λόγῳ χρῆσαι ; propterea quod hac dis-
serendi facultate instructi , ratione melius utantur . Hac
comparatur , sicut artes omnes , ingenio , præceptis , &
exercitatione : que sunt efficientes huius artis cause .

Forma eius est , docendi & argumentandi ratio ac via . Forma .

Finis , est veri & falsi iudicium , cuius discernendi in
quaquis arte instrumentum præbet Dialectica Mater-
ria est questio de quaquer re proposita , qua rationis ac
disquisitionis eget , (vis illa ratiocinandi , & verum ac
falsum internoscendi animis nostris innata atque in-
sita est . ex quo Cicero Dialetticam , veri & falsi quasi
disceptatricem & iudicem vocat) Partes Dialecticae
duas Cicero posuit : unam inveniendi , alteram iudi-
candi :

In 1. De Orat.
In Top. defi-
nitor diligens
differendi ra-
tio . & lib . 2 .
De finib scie-
ti apertis
di quid in
quaque re sit ,
& iudicandi
qualequidque
sit , & ratione
ac via dispu-
tandi .

Causæ artium
tuis .

Finis .
Materia , que-
stio , seu quic-
quid in dispu-
tatione cade-
re potest ; sive
nomen , sive
res explican-
da sit .
Plato in Alci-
biades . & in
Philebo .